

1183 et magnificavit eum in timore inimicorum etc. Ceterum

ut ad ordinem redeam narrationis, postquam devotus multa
prece predictorum principum apud eos demorando natales

Lüneburg. 25 dies egisset, tandem dimissus Lüneburg deducitur et circa epy-

1184 Jan. 6 phaniam Domini, hoc est post quintam egressionis sue septi-
manam, eo regreditur languens graviter et magis infirmus, quam

Sümmum - ossa exierat. (Sümmum equitūdinis sue incommodum erat vomitus
Süßl P. bapit on
Roud brenniggen
Hift vbr R
iugis et pene continuus, quo prius quidem alimenta eiecit,
quādiū aliquid comedit, deinde cessantibus cibis ~~for~~ humo-

res nigros exomebat, qui sibi grave martyrium et nobis in-
sistentibus triste prestabant spectaculum. Dictum est superius,

quod multis annis ante mortem suam inflatus esset
pedes et crura, sed modo consumptis carnibus et exhaustis
humoribus remanserat tantummodo pellis et ossa.) Ubi

morbo crescente quadam die subito deficiens cepit anhelitum
trahere tamquam iam moriturus, quod seniores Syloensis

ecclesie comperientes, scilicet prior Cunradus, Arnoldus,

Christianus ne pariter assumentes venerunt et invenerunt eum
paulisper refocillatum. Tunc illi visitato eo et consolato

consolati et ipsi non mediocriter redierunt ab eo domum me

remanente ad preceptum eius ad cooperandum ei tum in

missis et horis, tum in omni obsequio temporali vel spiritu-
ali, quod et feci quantum potui usque in finem. Interea

Wulf Rofin P dominus Albertus bone memorie Stragoviensis abbas, vir sane
probus et valde idoneus, audiens infirmari coabbatem suum